Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



XVI.
Quid sit indica mihi si habes intelligentiam quis posuit mensuras eius.

quedam uirtutum bona que nunquam quesiuimus et queramus
quedam nec tamen habere ualeamus. quatenus mens nostra dum
hec non potest habere que appetit. et illa se intelligat de
semetipsa non habere que habet. et per ea que sunt considerentur il
la que desunt. et per ea que utilitate desunt seruentur humilitate bona
que sunt. Vnde et recte prophetus terre idem iuste anime dispen
satione subiungit. Indica michi si habes intelligentiam.
quis posuit mensuras eius. si nosti. uel quis tetendit super eam
lineam. Quis enim nisi creditor noster huius terre mensuras ponit.
qui interni iudicii secreto moderamine alii sermonem sapi
entie. alii sermonem scientie. alii plenam fidem. alii gratiam
sanitatum. alii operationem uirtutum. alii prophetiam. alii dis
scretionem spiritum. alii genera linguarum. alii interpretati
onem sermonum tribuit. quatenus in uno eodemque spiritu iste
uerbo sapientie polleat. nec tamen sermone scientie idem
doctrine fulciatur. quia sentire atque inuenire sufficit.
et iam quod per discendi studium non comprehendit. ille sermone
scientie fulgeat. nec tamen in uerbo sapientie conualescat.
quia et sufficit explere quantum didicit. et tamen ad sen
tiendum ex semetipso subtile aliquid non assurgit. Iste
per fidem et elementis imperat. nec tamen per sanitatum gratiam in
firmitates corporum curat. Ille orationis ope morbos
subtrahit. nec tamen arenti terre uerbi pluuias reddit.
Iste operatione uirtutum ad presentem uitam et iam mortuos
reuocat. et tamen prophecie gratiam non habens que sibi uen
tura sunt ignorat. Ille uentura queque uelut presentia at
tendit. et tamen in nulla signorum operatione se exerit. Iste
per discretionem spiritum in factis subtiliter mentes conspicit. sed tamen